

Primum
ex obiectis
solutum.

Dicitur Cœ-
cilia sta-
re posse
& definiere.

Cap. Epi-
scopus. Et
Ca. Decer-
nitus.

In Cap.
Decerni-
mus de Cō-
cilio Pro-
vinciali
agi demon-
stratur.

Synodus
diocesanā
non censeri
Concilium.

Cap. Con-
cilia 17.
diff. quid.
sibi velit.

Concilium
Provinciale
la vnu

P. Sancius num. 26. & alij communiter, licet id neget etiam Archiepiscopo Dom. Villaruel num. 66. neque obiecta vrgent.

168 Ad primum enim dicimus extare plures iuri Canonici decisiones pro auctoritate Concilii, quarum alias adduximus; qui autem opponuntur textus facilem habent solutionem; & quod ex principio *Distributionis* 18. profertur, minimum probat, cum ad illud omnes teneantur respondere: constat enim Concilia Provincialia non solum ad corrigendum, sed etiam ad constitutendum cogi, cum possint condere statuta ut esse indubitatum vidimus num. 161. Pro quo Honorius secundus ita scribit de Concilio Nanetenensi a S. Hildeberto celebrato; ibique corrindenda corxit, & statuenda constituit. Sic ille; & est Epistola 66. inter Epistolas S. Hildeberti. Tom. 12. Bibliotheca Patrum. Debent ergo omnes explicare quomodo stare queat, ut ad constituentium nequeant congregari. Et dicendum videtur non congregari ad constituentium, & definitum, neque ad id vim habere, quod generaliter omnes possit obligare, aut in particulari aliquos, qui alicuius gradus, aut status sint; ad hoc enim necessaria non sunt, cum pro iis quae ad generale bonum Ecclesiarum, & specialium statuum in illa conducant, satis sit Pontificum prouidentiam constulum. Quod autem statuerit, & definire Concilium Provincialia possit, ex eadem distinctione constat: tum in Cap. *Episcopus adducto* num. 161. Tum ex Cap. *Decernimus* ibi: *Quæ eodem anno in Concilio acta sunt, vel definita esse noscuntur.*

169 Est autem a veritate alienum in eo Capite agi de Synodo diocesanâ, cum verba illius sint expressa, & sic habeant: *Decernimus us dum in qualibet Provincia Concilium agitatur. &c. à Provincia enim Provincialia dicitur: quod & contextus ipse manifestat, cum in eo dicatur conuocandos esse ab Episcopo omnes Abbates, Presbyteros & plebem, ut illis referat quæ in Concilio acta, & definita sunt. Cum enim Abbates ad Synodum diocesanam concurrant, & ex Clero quamplures, non erat opus conuocari eos ad notitiam in diocesanâ Synodo actorum ingerendam. Agitur ergo de Concilio Provinciali, à quo cum redit Episcopus, id debet intra sex menses agere, quod ibidem à Concilio Tolentano agendum intimatur. Et ita intellexit Glossa: item ex duobus Capitibus precedentibus manifeste constat diocesanam Synodum non esse Concilium; nam in priori, scilicet *Propter Ecclesiasticas*, prohibentur Episcopi, qui Metropolitanus non sunt, Concilio facere: in sequenti autem Synodus congreganda prescribitur. Cum ergo in finali citatio de Concilio in Provinciali habitu decernitur, compertissimum est ad diocesanam Synodum non esse referendum.*

170 Caput *Concilia ex distinſt.* 17. etenim Alii ferent pro communi bono iniuria, quando ex viuis contrario iudicio possent statuta conuenientissima proposita impediti, de quo num. 165. & vt demus ex ipsa Conciliorum institutione hoc non haberis; habetur tamen ex dispositione iuri Canonici, cuius circa hoc tota vidimus decisiones. Quæ omnia ita positionem istam firmant, ut contraria minime probabilis videatur. In quo Iudicium P. Suarez liberenter complector,

est, & eius statuta nihil absurdum continent, potest statim obligare, confirmatione Pontificis ad id minime requisita, ut ostendit P. Suarez Lib. 4. *presentium.*

Synodo diocesanâ, cuius statuta ut obligent confirmatione Pontificia non indigent, ut in citâ Cardinalium declaratione dicitur verbis illis: *Mittentes autem ad Sedem Apostolicam diocesanam Syndicos laudandi sunt. Laudandi inquam ob Sedi Sanctæ reuerentiam, & quia ultra debitum praestant. Est autem maior ratio in Concilio Provinciali, ob maiorem illius auctoritatem. Ad hanc dico debitum dictum non esse tale, ut propter defectum Consultationis vis obligandi sit statutis Concilij deneganda, ut adducta conuincit. Est ergo debitum honestatis, in quo peccatum aliquod potest admiseri, si non illi fiat satis. Tum ob reuerentiam debitam Apostolicae Sedi, quam in hoc exhibendam praxis communissima persuaderet. Tum etiam quia bono coiuncti non penitus prouidetur: statuta enim dum a Pontifice confirmata non sunt, possunt faciliter abrogari, varius ad id titulus conquisitus, & saltem à Concilio alio. Hinc P. Suarez citato loco ait ad maius auctoritatis robur, & ut leges immutabiliores sint, solere hac Concilia confirmationem suarum legum à Pontifice postulare.*

171 Ad Caput Nullus Primas. Dico imprimitis verba illius hæc esse: *si quis Metropolitanus Episcopus (nisi quod ad suam solimmodo propriam pertinet Parochiam) sine Consilio, & voluntate omnium Comprovincialium Episcoporum extra agere aliquid tentauerit, gradus sui pericolo quidem subiacet, & quod egerit, irritum erit, & vacuum. Sic Sanctus Calixtus Pontifex Epist. 2. Deinde respondeo ibi de Concilio non esse sermonem, sed ne Metropolitanus circa Parochias suffraganeorum si intromitterat, illis inuitis; unde omnium Concilium & voluntas requiritur, si de omnium est diuisiù Parochiis aliquid disponendum. Ut disponatur ergo de Parochiâ vnius, non sufficit Consilium, & consensus aliorum, etiam in Primate. Quodquidem ex Cap. *Archiepiscopus. Quæ ea- dem habetur per ipsicum;* sic enim habetur ibi: *Archiepiscopus nihil de Episcoporum causis aut alijs communibus, iuxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorum agat Consilio, neque illi assumant, nisi quantum ad sua pertinet Parochias, sine suo consensu &c. Et explicationem istam adhibet Glossa sic dicens: dicitur ergo quod nullus Primas, vel Metropolitanus debet se intromittere de specialibus negotiis sui suffraganei, absque eius licentia, vel voluntate.**

Glossa.

Rationi
positionis
contraria
fit satis,
qua non
videatur
probabilitas.

complector, qui omnino certam, & indubitatem eam esse testatur, ut vidimus num. 161. Cū enim certa sit, opposita nequit esse probabilis; quod enim certo opponitur, falsum debet reputari, & quod falsum, nequit cum veritatis conjecturis probabilibus apparere. Pro quâ hæc satis, ad alia properantibus.

§. VII.

Circa
pharmacop-
olia.

Affirmatio 1.

Affirmatio 2.

Affirmatio 3.

Affirmatio 4.

Affirmatio 5.
& specia-
lier nota-
da.

173 *S*olent apud illos pharmacopolia videri, in quibus secularibus pharmaca ex rebus Indicis consercati, & ex Europa adducta venduntur. Pro quibus

Dico primò. Si Clerici, & Religiosi extra proprias domus genus hoc negotiationis exercant; idem est de illo dicendum, ac de ceteris, de quibus *supr.*

Dico secundò, officiam aromatariam habere Clericus potest, si ipse eius artis peritus sit, & medicinalia non emat, ut immutata diuendat. Est iuxta dicta, quia est fructus industriae, & idem est de Religiosis.

Dico tertio, officina dicta nequit haberi in propatulo, ita ut porta in callem exeat, constat quia id sine scandalo stare nequit, videtur enim illud esse præcipuum aromata vendentis officium, aliorum more, qui publicas habent tabernas, sicut de pane cocto ex proprio frumento, qui vendi domi nequit, bene tamen per alios, ex P. Pelizzario, & Lezana affirmat Diana Parte 11. tract. 6. *Resolut. 41.*

Dico quartò, vbi sine scandalo id stare potest, vendi possunt non solum consercati, à prædictis talis artis peritis, sed etiam alia immutata, quæ empta sunt ut necessaria proprio usui, & superfluerunt: non verò si ad lucrandum empta sunt directè, licet cum alius usui proprio necessarii. Probatur ex dictis duobus prioribus paragraphis, & videndum præfertur Cardinalis Lugo *Disput. 26. n. 32. & P. Fagundez Lib. 5. de Inſtitu-
tio. cap. 12. num. 2.*

Dico quintò, non licet ex Europa ingentem copiam medicamentorum exportare, ut parte eorum vendita, sumptus, quos Ecclesiastici, ea ad proprium usum emendo possent facere, suppletantur. Hoc videtur clarum; quia est negotiatio directe ad lucrandum instituta: satis enim magnum lucrum est sumptus in medicamentis emendis evitasse, in eo enim sic agens fit locupletior. Sieut de illo dicitur, qui bona fide aliquid alienum consumpsit, teneri scilicet ad restituendum illud, in quo factus est locupletior; non ex eo quod plus aliquid acquisierit tempore, sed quia id habet, quod non fuisset habiturus, ed quod sumptus facti ab ipso fuissent. Ut si ex alieno viatum quotidianum facit, sumptus faciendo in eo habet modum, & ita ratione illorum dicitur locupletior. Ad quem modum se habet illa pharmacopolij industria: nihil enim per copiosum eorum usum minus habet sic emens, & distrahens, cum tamen in illis magnos fuisset facturus sumptus, & ita ex negotiatione ista factus est locupletior: &

quemadmodum si quis prædicta, aut alia emeret, & venderet, ut ex iis, quæ sibi necessaria essent ad sustentationem compararet, friuola esset euasio, si diceret ex eo facultates suas non accrescere, sed sustentationis commoditatem haberi; eodem pariter modo in casu, de quo loquimur, est judicandum; quia sicut in priori magnum accrescit lucrum, dum sumptus sustentationis euitantur, & facultatum nulla diminutio fit, ita & in alios sumptus curationis familiæ, qui esse ingentes solent.

275 Pro resolutionibus dictis deserunt, *De Bullâ* quæ habet P. Pellizarius *Tom. 1. Tractat. 6. Cap. 10. Urbani Quæſt. 13.* vbi adducit Bullam Urbani VIII. quæ quæſtuosas omnes artes Religiosis prohibuit, sed eam pro Româ tantum voluit obligare. Ex quo habemus quæſtuosas artes generaliter non esse prohibitas. Sed neque Româ Bulla prædicta vim habuit, quia revocata est multorum potentiorum precibus, qui pharmacopolia Religiosorum valde convenientia judicarunt, tollenda planè vi præfata Constitutionis. Addit autem citatus Pater licere illa, quia in ipsis res artificio mutata venduntur. Ex quo sequitur id, quod Assertione quintâ probauimus, non licere inquam, officinas dictas, quando ea, quæ emuntur immutata venduntur, nisi juxta Assertionis quartæ moderationem.

176 Sunt etiam in Indiis, qui confiende calcis, & laterum coquendorum fornaces habeant, pro quo Aethiopicorum mancipiorum ministerio rituntur, & pro illis

Dico sextò: licent fornaces prædictæ pro ædificiis Ecclesiasticorum eas habentium, erit contingat aliqua vendi, quæ non sunt pro illis necessaria. Sic P. Pellizarius *supr. Quæſt. 14.* Ex quo Diana Parte 11. *Tractat. 6. Resolut. 41.* & ratio ex prædictis est obvia: quia ibi negotiatio propria non est, neque aliquid, quod per Epiceiam veniat similiter comprehensum, ut Autatores loquantur de quibusdam *superius* explicatis; & præfertur P. Molina *Diffut. 342. §. Secundum eſt.* Et quidem ædificare Religiosis licet, & ad hoc ministerio propriorum mancipiorum vi: ergo & calcem, ac lateres confidere, ex quibus ædificium affurgit. Quod autem ea, quæ superunt, vendi possint, ex eo probatur, quia si hoc in iis, quæ immutata venduntur, licitum est, quando cum necessariis emuntur, & non ex directâ lucri intentione, multò potius licet, vbi folius industriae fructus distracturuntur.

177 Dico septimo, etiam si fornaces dictæ non construantur pro ædificiis propriis Ecclesiasticorum; sed in eorum terris ad quæstum ex eisdem faciendum, & mancipiorum ministerio, non videretur in eo quidquam Canonica lege prohibiti. Id probo ratione nuper adductâ: quia in eo negotiatio propria non est, cum non sit emptio, & venditio rerum sine cari mutatione: neque impropria & quæ per Epiceiam prohibita censeatur; quia id nullibi expressum. Ex similibus autem arguit nequit, quia nullum est, quod adæquet, & potius ex illis potest Assertio 7. *etiam vni-
ministerio mancipio-
rum.*

Ex vena
*qui quis ipse videtur consentire, si vena nude summa-
mentum.*

tur: non tamen id illicitum reputant, si per Monachos ferrum conficiatur. Ratio autem discri-
minis sumi potest ex Cardinali Lugo *suprā num.*
34. quia cū administri conducti sunt, eorum
operae emuntur, vt postea vendantur: quod ta-
men in Monachorum operis non appetat. Ex
quo argui potest pro casu nostro; in quo non
emuntur laborum opera, cū sint mancipia;
& licet mancipia ipsa empta sint, eorum ta-
men opera proxime non emuntur; & mancipia
pro multis ferire possunt, in quibus eorum ope-
rae non venduntur. Et per accidens est, quod
labori prædicto applicentur. Idem est si emuntur
vix, vi per Monachos conficiuntur vinum, de
quo Cardinalis Lugo *num. 34. citato*, & P. Molina,
§. Secundum est, aliisque; & verò cū dicant
non licere, cū id sit per famulos conductos, de
non conductis aliter videntur sentire. Item emi-
possi iumenta ut locetur, tenet citatus Cardinalis
loco eodem, de quo & *suprā n. 152.* ergo & manci-
pia, ut ex eorum labore aliquid vendendum eli-
ciatur; non enim maior in vino, quam in alio;
indecentia appetat, & forte maior est in locatio-
ne, & respectu mancipiorum esse potest. Qui-
bus addi potest praxis proborum, & sapientium,
que sine scandalō, iminē cum ingenti Reipublice
commode sustinetur. Iuxta quæ non videtur ne-
gotiatio prohibita, si nix ad vendendum colliga-
tur, licet aliter sentiat Rota apud Dianam Part. II.
Pag. 609. probabiliter locuta.

178 Dico octauò. Idem licet, etiamsi ad
operas prædictas conductitii aliqui adhibentur.
Quod probo in primis, quia ibi in rigore non est
empio & venditio, opera enim non propriè
venduntur, quia contractus locationis ab omni-
bus ut diuersis à contractu emptionis, & ven-
ditionis ponitur. Deinde si pauciores illi sint com-
paratione mancipiorum, non videtur esse prohi-
bitionis ratio, quia veluti adiutores mancipiorum
adhibentur, quorum opera præsertim attendun-
tur; si autem aut plures, aut omnes conductitii
sint, succurrat alia satis recepta doctrina, de quâ
num. 33. 147. & 155. Ecclesiasticos scilicet posse
per alios negotiari, quod de propria negotiatione
Auctores affirmant: ergo & inpropria poterit
per alios exerceri, & ita per famulos conductitios,
licet illis Clericus assistat, aut Religiosus aliquis
præficiatur. In quo quidem non seruandæ limi-
tationes omnes illæ, quæ pro negotiatione sunt
appositæ; quia cū ea, de quâ loquimur, nego-
tiatio propria non sit, neque de illa est cum præ-
dicto rigore pronuntiandum. Quod in Religio-
sis specialius currit, qui ob negotiationem huius-
modi minimè à ministeriis Ecclesiasticis abstra-
hantur, quando vni, aut alteri cura committit-
tur: hinc autem aliquantulum distrahi ob com-
mune bonum, damnable non est, quia & Præ-
lati, & Procuratores multas patiuntur distra-
ctiones, quas communis boni respectus san-
tificat, quia sine illis minimè posset Religiosa con-
sistere disciplina.

179 Dico nonò: licent etiam Ecclesiasticis
figuline pro omnibus vasorum generibus, sicut in
Indiis aliquorum vñ receptum, in ordine scilicet
ad necessaria pro ipsis, & etiam ad vendendum.
Quod quidem rationes pro aliis, de quibus nuper,
adductæ conuincunt, & quidem in hoc plus est

*Et confe-
tione vini
ex vñis
emptis.*

*Ac iu-
mē-
torum em-
pione ut
locentur.*

*Quid de
collecta
nive.*

*Assertio 8.
idem sta-
mens, si
operari cō-
ducantur.*

*Quid in
Religiosis
speciale.*

*Assertio 9.
cira figu-
linas.*

artis, quam in alijs, ynde & minus negotiationis in
ipfis, & generaliter loquendo, cū Religiosorum
necessitates virgentes sint, difficile damnandi sunt,
qui per quæstuosas artes sine scandalo, & notabilis
distractio illis student remedium adhibere; ne
si necessaria desint, relaxatio irreparabilis subse-
quatur. Vbi & Bonacina discursus suffragatur
*Pro Reli-
giois circa
dicit obser-
vanda do-
cere.*
Bonacina.

*tom. 2. disp. 3. de contrac. q. 1. Puncto 5. n. 19. 5. Tertia
sententia. vbi ait: quod cū negotiatio ex se indi-
ferens sit, non efficit culpabilis nisi ob prohibi-
tionem; cū autem nullibi inueniatur prohibi-
tionem negotiari per alios, non debet id vti illi-
cum condemnari: & addit talen indecentiam,
qui est, non esse moralem, sed ciuilem, qualis
est illa, quam Princeps, aut alius eximiæ vir di-
gnitatis per alios negotiando incurreret. Sic ille
philosophatur, que quidem ad quæstuosas artes
applicandam: vt cū ex se indifferentes sint,
neque alijs inueniantur prohibita, non debent
vt illicite traduci, & quod de indecentia ab eodē
dictum, pariter accommodandum: neque timeri
scandalum potest, vbi ex occupatione tali nullus
ad peccandum provocatur: sicut neque mini-
steriorum in ordine ad bonum spirituale fidelium
villa iactura dignoscitur: futura certe, si necessa-
ria desierit, quæ ita Religiosis tribuenda sunt,
sicut à Concilio est Tridentino dispositum: *Sef-
tione 25. Cap. 2. de Regularibus*, verbis illis: *Mo-
bilium vñ ita superiores permittunt; vt eorum
supplex statu paupertatis, quam proficiunt, conve-
niat; nihilque superflui in eā sit, nihil etiam, quod nec-
essarium eis denegetur. Sic Concilium.**

§. VIII.

De contractu Æthiopicorum manci- piorum.

180 Contractus iste licet in Indiis frequens, *Æthiopic-*
comunis est tamen etiam Europæis, *rum seruo-*
ut vix aliquid speciale occurrat pro Indiis difqui-
rendum, & circa modum eos fuituè introducen-
di de fraudatione juriū Regiorum, & ministro-
rum subornatione dictum a nobis *Titulo 5. num. 1.*

143. Modò id tantum adiecerim, rem hanc adeò
esse Christianis conscientiis pericolosam, vt si
ad regulas iustitiae aptari debeat, vix aliquid oc-
currat, quo possit plena securitas in huiusmodi
contractu reperi. Pro quo liber ea, quæ P.
Thomas Sancius, qui quæstionem magis ex pro-
fesso versuit. Post P. Molinam *Disp. 34. & 35.*
cuius & asserta proponenda sicut & P. Rebelli
Lib. 1. quæst. 10. sect. 1. & 2. & P. Fragossi Tomo 3.
Disp. 22. §. 2. & 3. sufficiat in medium protulisse.

Ille ergo *Tom. 1. Confitorum*, *Lib. 1. Cap. 1.* *P. Sancj*
Dab. 4. post aliquot iacta fundamenta iuxta mo-
ralia principia communiter recepta, hæc subiicit

*Promun-
ta dicta
non vide-
sibi coha-
re, neque
ad insi-
candidum
contrac-
tum suffici-
re.*

*Vbi circa
quatuor
priora.*

Primum, contractionem istam, quâ *Æ-*
thiopes è suis regnis adducuntur, esse iniustum, &
cum obligatione restituendi libertatem, quia tituli
seruitutis communiter loquendo sunt iniusti, li-
cit respectu aliquorum contingat titulum iustum
extare. Cū enim qui sint tales ignorent, non
debent iniuste capti, qui multò plures sunt, suā
libertate priuari.

181 Secun-

Secundum.

181 Secundum, si Mercatores contractantes
exactissime examinarent titulos, & deprehende-
rent esse iustos, licet esset contractio. Hoc
tamen esse moraliter impossibile; & diligentiam,
quam adhibere communiter dicuntur, omnino
superficiale esse pro comperto habetur; & ita
nihil iuuat in proposito.

Tertium. Mercatores qui in magnō numero
emunt ab alijs, qui ex Æthiopia miseros ictos
adducunt, peccare mortaliter, & ad restitu-
tionem teneri, nisi facta diligentia de iusto titulo
captiuitatis constet.

Quartum. idem esse, quando vñus, aut alter
emitur à Mercatoribus, qui eos ex Æthiopia ad-
ducunt, propter eamdem rationem. Post vnam,
autem, aut alteram venditionem factam, non te-
neri ad talem diligentiam, quia iam non est pos-
sibile cognosci, quoniam titulo captus sit, & ita
diligentia esset superuacia.

Quintum. Quintum, Ementem vnum, vel alterum
bonâ fide, licet superuenient postea dubium an
fuerit iustè captus, non teneri manumittere, si
facta diligentia nequeat veritas deprehendi, quia
in dubio melior est conditio possidentis.

Sextum. Sextum, eum, qui mala fide emit, aut cum
dubio de titulo captiuitatis, peccare mortaliter,
& si non possit depone dubium rationibus pro-
babilius, teneri manumittere, quia possesso
cum mala fide nihil iuuat, quando est alius, qui
potius ius habeat, scilicet ipse Æthiops, qui ha-
bet ius naturale, & possessionem sua libertatis.
Addit hoc intelligi, nisi is, à quo emit, habuerit
bonam fidem; tune enim cum in eius succedat
ius, non teneri manumittere. Tandem Palacij
sententiam reiūcū assertarē, postquam tales pu-
blicē vendendi exponuntur, non esse obligatio-
nem vltioris inquisitionis circa iustum captiu-
tatis titulum. Sic Doctor ille, ex quibus tam
nihil elici posse, quod faveat, si inter se compo-
nuntur, & id quod communiter accidit, atten-
datur, facile potest ostendī.

*Palacij
sententia.*

183 Et primum quidem, ac secundum aperi-
tissime huiusmodi contractioni repugnant. Et
vi primum stare debet, necessarium est affirmare
id, quod in secundo de adhibito diligenter ex-
amine dicitur, locum non habere. Nam si locum
habet, & ita debet præsumi; ergo immēritō con-
tractatio condemnatur, quandoquidem præsum-
ptio talis eam potest iustificare. Non igitur
communiter loquendo tale intercedit examen, & ita
neque communiter contractatio licet, vnde re
ipfa Prima assertio nō est à secundâ diuersa, quia
prima conditionalem illam de diligenter examine
non excludit. Tertium item aperiē contradicit:
sicut etiam Quartum in priori eius parte. Limi-
tationem autem minimè esse fauorablem ex eo
paret, quia affirmat iam non posse diligentiam
adhiberi ergo restuēda est libertas. Patet ex pri-
mo, & secundo: quia contractatio iniusta dicitur,
& cum onere restitutio: ex eo quod ij, qui
adducuntur, communiter loquendo, ius li-
bertatis retinent; qui autem ab adductis emi-
tunt, maiorem facere diligentiam nequeunt &
ita neque emere; ergo post vnam, & alteram ven-
ditionem id est dicendum, quod in prima, quandoquidem
vñis illa est origo, & vt talis cognita.
Præterquam quid manifestum est ementes ab

Theauri Indici. Tom. I.

iis, qui ex Æthiopia adducunt copiolam hanc
mercem, de inquisitione tituli non curare, &
multò minus sequentes emptores, ergo ne-
queunt, qui emuntur securā conscientiā possi-
deri.

*Circa
quintum,
ubiqvā
bonam fi-
dem in
possessio
doctrina.*

184 Ex quo sequitur, neque quintum stare
posse, in quo & illi faveat P. Molina *Disput. 35.*
in fine, & Diffinitat. 36. Quando enim post bo-
nam fidem sequitur dubium, licet nulla adhibi-
ter diligentia possit, quia veritas exploretur,
possessio stat pro libertate, quia debet iuxta com-
muniter accidentia iudicari; atqui, vt diximus, &
probat dictus Pater, communiter titulus seruitus
est iniustus; ergo debet iudicari iuxta illud.
Quemadmodum si quis rem aliquam bonā fide
emerit, & postea sciat venditam esse ab eo, de quo
probabilissime præsumitur eam surripuisse, vt si
sit seruus, & res pretiosa sit, aut alijs similes, tunc
retineri nequit, etiam facta diligentia nequeat
dominus certus deprehendi; quod quidem iuxta
tertium fundamentum est Auctoris eiusdem *n. 3.*
vbi cum multis ait, quoties quis bonā fide aliquid
possidere cœpit, si deinceps iudicet aequali pro-
babilitate ad vitram partem, rem non esse
suam, si facta sufficienti diligentia non potest vin-
cere dubium, posse eam retinere, quia in pari du-
bio melior est conditio possidentis. Atqui in ca-
su nostro non est aequalis probabilitas ad vitram
partem, sed moralis certitudo de iniusto ti-
tulo, aut talis certa probabilitas, quæ dubium
ferre vñcat; ergo nequit seruum possidere.

*Circa
Sextum.*

185 Vnde neque sextum stare potest quod
eius limitationem, in qua est favorable; quia e-
mens mala fide, nequit illam deponere ex bona
fide alterius, quia ex ignorantia procedebat, &
in eo cessat; ideo enim mala fide emi, quia sibi
persuasit, initium esse seruitus titulum; atqui
hoc certum est, iuxta nuper dicta; ergo nequit
malam fidem deponere, cum qua possidet. Qué-
admodum si scire rem aliquam esse furtuam, ab
alio tamen bonā fide possideri, & eam emere,
non posset tali bona alterius fide se tueri, sed re-
stituere absque dubio teneretur. Et vero Sexta
conclusio in casu procedit, quo quis emat cum
dubio; an qui vendit iustè, vel iniustè fuerit ca-
pus; quæ quidem non videtur alii consonare,
quibus contractatio ista ab solute iniusta pronun-
tiatur, non ob dubium, sed ob moralem certitu-
dinem. Sed sit illud de dubio verum; semper
profecto tale dubium est, quia nunquam potest
veritas deprehendi: ergo neque mala poterit de-
poni fides, cum aperite constet primam possessio-
nem à Mercatoribus ementum cum dubio fuisse,
vel esse debuisse, vnde vltiores possidores ne-
queant ad possessionis titulum prouocare.

*Ex impa-
tientia à
prefato
Auctore
Palacij
sententia,
urgenze.*

186 Quod autem addit in fine circa sen-
tentiam Palacij, ea, quæ à nobis sine dicta, confir-
mat; ait enim minus bene illum afferuisse emp-
torem Æthiopum, postquam ad nos adducti sunt,
& publicē venduntur, non teneri ad ampliorem
inquisitionem, sed posse opinari licet vendi, quod
ex eo sic improbat: quia, (vt probari) est fama
communis in oppositum. Tantum ille. Cum ergo
fama communis in oppositum sit, & de nullo in
particulari major haberi certitudo possit, quæ
ea, quæ de omnibus communiter haberunt, vt ex-
perientia constat: sit ex eo de nullius iusto titulo
non